

res. Audientes autē iulia et eufraxia: stupefacte sūt et diutius steterūt. Post hec autē iulia dixit. Putasne auditu audiuit abbatisa. quia ex missione illius qui aliquñ sponsus fuerat tuus: iussit impator te adduci ex monasterio. et propterea lamentār. Cui eufraxia respondit. Quis dominus meus ih̄s xp̄s. quia si omnia fundamenta terre moueant: non mihi persuadere preualebunt: ut xp̄m dominū meū derelinquam. Verūtamen domina mea iulia: dum coquūtur panes vade. vide fletus istos quid cōtigerit: ne anima mea perturbetur. Illa h̄o pergens et itans foris ante ianuas: audiuit somnū abbatisam h̄ modo referentem. Audi inquit quasi duos cuiusdam scematis viros huc aduenientes. qui querebant eufraxiam tollere: dixeruntq; mihi. Dirige eam: op̄ h̄. Rursum ergo et alij venientes dixerunt mihi. Assumens tecum eufraxiam: deduc eam ante dominum. Quam mox assumens propeavi cum eis. Et cum venissemus ad quandā portam: cuius gloriā enarrare non valeo. sponte nobis aperta est. Et ingressi sumus. et vidimus ibi inenarrabile palacium celeste: in quo et solum nuptiale non manufactus. Ego quidem interius appropinquare non potui. eufraxia h̄o assumens obtulerunt domino. Et procidens osculata est pedes eius immaculatos. Audi ibi tena milia angelorum: ac multitudines sanctorum inenarrabilem. et omnes stabant respicientes. Et vidi et ecce mater domini assumēs eufraxiam: adduxit eā ad thalamum nuptialem. in quo decoris coronā parabat. Et audiui vocem ad eufraxiam dicentē. Ecce merces tua. Nunc itaq; perge post decem dies veniens: fruire his in seculis infinitis. Et ideo quia hodie nona dies est ex quo visionem vidi: cras morietur eufraxia. Audiens hec iulia recitantem secreta abbatisam: tundens pectus suum et faciem amare deflens: venit ad clibanum. Cum vidisset eā flentem eufraxia: dixit ad illam. Coniuro te p̄ filium dei soror iulia: indica mihi quid audisti: et quare plangis: Dixit ei iulia. Plango domina mea: quia hodie sepabimur a te. Sicut. n. audiui a dñā mea abbatisa: cras ex hoc corpore exalabis. Quod dum eufraxia audisset: angustata ē. et pusillanimis facta cecidit. Sedebat autē iuxta eam iulia flens. Cui eufraxia dixit. Soror da mihi manū tuā et leua me: et duc me vbi ligna sunt posita: et ibi pone me. et tolle panes de clibano et porta in monasteriū. Fecit iulia hec: et abbatisa non indicauit. Cum ergo iaceret eufraxia in pavimento: clamauit. Cur dñe abominatus es me pegrinā et orphanā: Cur desperisti me: Ecce tempus quā debeā cum dyabolo pugnare: et aīa mea a me expetit. Misericors esto in me ancilla tua dñe ih̄s xp̄e. dimitte me vel unū annū: quatenus defleā peccata mea. quia sine penitētia suz: et ab omni pñā nudata. Nō est in me opus salutis. nā nemo in inferno p̄stabit tibi. Non est pñā in sepulcro. non possuz post mortē lacrimis p̄ualere. Nō. n. q̄ in inferno sunt laudabūt te dñe: s̄ viuetes laudabūt nomē sanctū tuū. Dona mihi vel adhuc unū annū: ut penitentiā agā. quia desolata sum sicut ficus sine adiutorio. Cū ḡ defleret: audiens quedā soror indicauit abbatisa atq; sororib;: quia eufraxia p̄strata i re-

positione lignor: ita clamaret. Dixitq; iulia. Vere dñā audiuit quia moriet: propterea lamentat. Dixit ergo abbatisa sororib;. Quis annunciauit ei: et aīa eius afflixit: Quis indicauit ei: et cor eius attriuit: Nōne vos rogavi ne diceretis ei: donec eius hora veniret. Cur hoc fecistis: et afflixistis aīam ei? Ite et adducite eam mihi. Ille h̄o p̄gentes dixerunt ei. Veni dñā eufraxia: vocat te abbatisa. Illa h̄o egressa est plorans atq; cōturbata. et ingressa astitit abbatisa: deflens atq; merens et gemitibus nimis afflicta. Abbatisa h̄o respiciēs eam dixit. Quid habes filia: quia sic ingemiscis: Eufraxia dixit. Plango me dñā mea. quia sciisti me moriturā: et nō indicasti mihi ut plangerē p̄cā mea: dum sim ab oīb; p̄cīs coinquinata. His dictis se p̄stravit in pavementū. et tenuit pedes abbatisa: p̄ quā omne consiliū ei alacrit̄ ē p̄ductū. Clamauitq; eufraxia: et dixit. Misere mei dñā: et deprecare dñm ut mihi p̄cedat vel unū annū. quia sine pñā sum: et nescio quā me tenebre cooperant. Dixit ei abbatisa. Quis dñs: quia celesti sententia dignā te fecit rex tuus xp̄s. Et cepit oīb; recitare quibus bonis h̄z frui eufraxia. Et rogabat eā ut p̄ ipsa dñm supplicaret: quatenus eius p̄iceps eē mereret. Orabat. n. ut cū ea cōuersaret in xp̄o. et ipsis donis quibus ipsa erat fruitura: et ipsa fruere. Eufraxia h̄o iacēs ad pedes abbatisa: cepit tenere frigus et rigore. post paululū h̄o vehemēs eā febris inuasit. Abbatisa h̄o sororib; ait. Sumite eā et ingrediamini in oratoriū: quia iam appropinquet hora ei. Posuerunt ḡ eā in oratoriū: et obseruabāt eā vsq; ad vesp̄as.

Vesp̄e autē facto. cū hora sumendi cibū iā aduenisset. p̄cepit eis abbatisa ut egrederent. solummodo iuliā secū retinēs: ne aliq̄ hora relinquerēt eufraxiā et clausis ianuis vsq; mane fuerunt cū ea. Julia h̄o rogabat eufraxiā: dicens. Dñā mi soror nō obliuiscaris mei. memēto quia inseparabiliter tibi cōiuncta sum semp sup terrā. Supplica deo p̄ me: ut me non separet a te. Memēto quia ego tibi. p̄uidi bona certamina. Deprecare dñm ut me absoluat ab hac sarcina carnis: ut merear tecum abire cū fiducia. Mane h̄o facto. abbatisa videns quia in nouissima respiratione esset eufraxia ut moreret: mādauit sororib; p̄ iuliā dicens. Venite filie mee. valesfacite ei: quia iam defecit. Quibus venientibus: valedixerūt ei flētes dicentesq;. Memento nostri domia soror eufraxia nomen benedictus a deo qui te dilexit. Post omnia autē venit illa que diu passa a demone fuerat. et p̄ eā salua facta est. et lugens sicut et omēs osculabat manus eius: dicens. Ite manus quantū mihi indigne et peccatrici misstrauerūt p̄ deū. et p̄ istas manus demoniū expulsū ē a me. Et cū eufraxia r̄ndere non posset: dixit ei abbatisa. Filia mea. nō misereris vel h̄ sororis. Quare nō loqueris ei: que propter te ita tribulatur: Eufraxia h̄o respondit ad eam. Quare me luges domina soror. Dimitte me requiescere quia deficio. verūtamen tu benedic deū: et ipse te cōseruabit. Et dixit. Ora pro me: quia magnū certamen est in anima mea in hac ora. Cum ergo orasset abbatisa: et omnes respondissent amen: reddidit animas. Erat autē annoz triginta. sepelierūtq; eā in tumulo vbi et genitrix eius eufraxia requiescebat. et